



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Quæstio prima. Vtrum error impediat matrimonium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Magistri Durandi de
coniugium perfectum fuerit ostendit per tria bona matrimonii, que ibi fuerunt, scilicet proles, fides, & sacramen-
tum. Proles enim Christus fuit ibi, fides quia aduterium nullum, & sacramentum quia nullum diuotium. Postea dicit quod matrimonii prima & principalis causa fuit libe-
rorum procreatio. Secunda est fornicationis euitatio: sunt etiam aliae causae minus honestae, ut pulchritudo viri & mulieris, quaesitus pecuniae & diutinarum possessio, & alia huiusmodi. Poffea removet errorem quorundam dicen-
tium quod propter minus honestam causam matrimonii non contrahitur, sed quod propter huiusmodi causas non impeditur quoniam sit matrimonium probatum: quia malitia vel peruersa intentio aliquis non commaculat sacramen-
tum, nec eius bonitatem tollit, nec impedit. Ultimum dicit quod in matrimonio Virginis beata & Joseph fuit quae-
dam aliae causae speciales. Prima fuit, ut virgo eius solatio & auxilio sustentaretur. Secunda fuit, ut partus virginis diabololo celaretur. Tertia fuit ut Ioseph fuisse telus caffitatis, virginitatis, & post defendere eam ab infamia suis piciatis, ne ut adultera damnaretur ab hominibus.

QVÆSTIO PRIMA.

Vrum error impedit matrimonium.

Circa distinctionem istam primo queritur, vrum er-
ror impedit matrimonium. Et videtur quod non,
quia sicut requiritur consensus ad matrimonium, sic inten-
tio ad baptismum: sed si quis intendat baptizare unum,
& baptizare alium, vel baptizari ab uno, & baptizare ab alio, nihilominus erit verus baptismus, ergo similiter si
quis consentiat contrahere cum vna credens aliam esse,
nihilominus erit verum matrimonium.

Item maximus error est in fide, sed ille non impedit
matrimonium: est enim verum matrimonium si aliqua
contrahat cum viro haeretico quem credit catholicum, et
go nullus alius error impedit matrimonium.

Item sicut matrimonium est quidam contractus, ita
emptio & venditio, sed in emptione & venditione si detur
aurum & quia ualens pro alio auro non impeditur vendi-
tio, ergo nec matrimonium impeditur, si pro vna muliere
alia detur.

IN contrarium est, quia secundum legem ciuilis
qua habetur ff. de iurisdictione omnium iudicium. Si per
errorem, nihil est tam contrarium consensu scitur, et
sed consensus requiritur ad matrimonium, ergo error im-
pedit ipsum.

SRESPONSO. Dicenda sunt duo. Primum est,
quod error impedit matrimonium. Secundum est, quod
non quilibet error impedit ipsum, sed error persona vel
conditionis deterioris: ut quum quis liber contrahit cum
ancilla quam credit liberan.

Primum patet: quia illud quod impedit causam im-
pedit effectum, sed error impedit consensum qui est causa
matrimonii, ergo impedit matrimonium. Maior patet.
Minor probatur: quia quum consensus sit actus voluntatis
qua supponit actum cognitionis, quicquid impedit
cognitionem impedit consensum, sed error impedit cog-
nitionem, ergo impedit consensum.

Secundum patet, quia effectus in his quae sunt essen-
tialis matrimonio impedit matrimonium, non autem de-
fectus in his quae sunt accidentalia. Sic enim est circa quälibet
rem quod manentibus essentialibus quantumcumque
varientur accidentalia manet natura rei, non autem quando
variantur essentialia, sed solus error persona & condi-
tionis deterioris ponit defectum circa essentialia matrimoni-
i, non autem error fortuna, seu qualitatis, ergo for-
lus error persona & conditionis deterioris impedit ma-
trimonium. Minor patet, quia quod est quadruplex error
personæ, ut quum colementur in viam, & alia supponitur:
& conditionis, quando creditur libera quæ est serua: for-
tuna, quando creditur clavis, & tamen est pauper: qualita-
tis, quia creditur bona quæ tamē est mala, solus error per-
sonæ, & conditionis deterioris est contra essentialia ma-
trimoniū: matrimonium enim duo includit personas quæ
contrahunt, quæ sunt quasi materia coniunctionis matri-
monialis, & obligationem mutuam, quæ est quasi forma

Sancto Porciano

per quam accipiunt potestatem in se inuicem: contra pri-
mum est error persona, contra secundum est error condi-
tionis, quia vir & mulier in matrimonio ad paria obliga-
tur, sed ille qui est seruus conditionis non potest de cor-
pore suo facere parem obligationem cum illo qui est libe-
rae conditionis, ergo error conditionis deterioris sicut est
seruus, est contra naturam matrimonii. Dico autem de-
terior, quia error conditionis pars vel melioris non im-
pedit matrimonium: ut si seruus contrahat cum seruo quam
credit liberum, vel si quis contrahat cum libera quam cre-
dit seruo, quia hic non habet locum ratio assignata, hoc
autem intelligendum est de illis qui sunt simpliciter serui
vel seruas, sicut sunt empti, vel vernacula (id est in serui-
tute natu) rales enim funres domini sui, nec acquirunt
aliquid sibi, sed domino. Et domini possunt eos vendere
tāquam res suas: talis enim seruus ignorata ab alio con-
iuge libero nimis est in laetitione iuris quod habere debe-
ret unus coniugium in alterum ratione matrimonii. Po-
test enim dominus talem seruam matre ad extremas
partes mundi, & ibi eum vendere, & sic coniugis libera
fraustaretur societate thori simpliciter vel ad maximum
tempus.

3 Sunt autem alii qui non sunt simpliciter serui, quan-
uis habeant alias conditiones seruiles, videlicet quod
non possunt recipere tonsuram clericalem, vel ordines sine
licentia domini sui: & quando moriuntur, dominus habet
bona eorum mobilia & immobilia in toto vel in deter-
minata parte: & tales vocatur homines de corpore, & de-
bet portus dicti conditionati quoniam serui, & ignoranta
talis conditionis non impedit matrimonium contrahen-
dum, nec dirimunt contractum. Error autem fornicatio vel
qualitatis non est contra essentialia matrimonii, & ideo
non impedit matrimonium: hoc autem intelligendum est
quando consensus est absolutus, & verba exprimita ipsi
sunt absurda. Si vero consensus sit conditionatus &
similiter verba ipsius exprimita sint conditionata, tunc
nullum est matrimonium conditionibus illis non exau-
tibus, nec in iudicio animæ, nec ecclesiæ.

4 AD primum arg. dicendum quod non est simile de
baptismo & matrimonio: quia baptismus habet efficacia
suam ex opere operato, propter quod sufficit quod bapti-
zatus intendat baptizari, & baptizatus baptizari, sed ma-
trimonium est quodam obligatio voluntaria contrahens
tum habens efficaciam ex consensu eorum, & ideo ope-
ter quod consensus cadat super contrahentes in inuicem,
non solum super contractum ipsum.

5 Ad secundum dicendum quod error in fide non est
contra essentialia matrimonii sicut persone, nisi error ille
caufaret disparitatem cultus, sicut si contraheret Christia-
nus cum aliqua Iudea vel Gentili quam credit esse Chris-
tianam, & tunc error non esset principale impedimentum
sed disparitas cultus: si autem Christianus coeteras cum
haereticis (quoniam sunt eiusdem cultus quo ad obligacionem
propter baptismum communem) non est error qui sit con-
tra essentialia matrimonii, nec in forma, nec in materia,
sicut error personæ est defectus in inuicem.

6 Ad tertium dicendum quod pecunia in contrac-
tibus accipitur quasi mensura aliarum rerum, & non quasi
propter se quæ sit, ut patet ex. Ethic. propter quod si non
detur illa pecunia quæ creditur esse æqualis valoris, nihil
obstat contractui. Sed si in re quæ sit propter se est error,
impeditur contractus: sicut si pro certo scypho au-
tem empto daretur aliis, nisi exprefse placet ementi pri-
mus, quia tunc fieret quasi permutatio primi in secun-
dum per nouum contractum, quod non est licitum in ma-
trimonio.

QVÆSTIO SECUNDA.

Vrum decuerit beatam Virginem ma-
trimonio copulari.

Secundum queritur de matrimonio beatæ Virginis, vnu-
decuerit eam matrimonio copulari. Et videtur quod non;
quia quicunque consentit in matrimonium, consentit
aliquo modo in carnale copulam, sed talis consensus de-
rogat virginitati, ergo non decuit beatam Virginem que
virginitatem voverat matrimonio copulari.

a Item